

**759** *Carvoran*, tabula magna lapidea (alta ped. 3 dig. 4, lata ped. 2 dig. 2) rep. a. 1816 in the north-east corner of the station by Mr. Carrick and by him given to Col. Coulson, qui dedit museo in Newcastle, ubi servatur. Litterae sunt saeculi tertii tenues et altae, sed bonae.

IMMINET · LEONI · VIRGO · CAELES  
TI · SITV SPICIFERA · IVSTI · IN  
VENTRIX · VRBIVM · CONDITRIX ·  
EXQVIS MVNERIBVS · NOSSE · CON  
5 TIGIT · DEOS ERGO EADEM MATER DIVVM  
PAX · VIRTVS · CERES DEA SYRIA  
LANCE VITAM ET IVRA PENSITANS  
IN CAELO VISVM SYRIA SIDVS EDI  
sic DIT LIBYAE COLENDVM INDE  
10 CVNCTI DIDICIMVS  
ITA INTELLEXIT NVMINE INDVCTVS  
TVO MARCVS CAECILIVS DO  
NATIANVS · MILITANS TRIBVNVS  
INPRAEFECTO · DONO · PRINCIPIS

*Imminet Leoni Virgo caelesti situ  
Spicifera, iusti inventrix, urbium conditrix,  
Ex quis muneribus nosse contigit deos.  
Ergo eadem mater divum, Pax, Virtus, Ceres,  
5 Dea Syria, lance vitam et iura pensitans.  
In caelo visum Syria sidus edidit  
Libyae colendum; inde cuncti didicimus.  
Ita intellexit numine inductus tu  
Marcus Caecilius Donatianus, militans  
10 Tribunus in praefecto dono principis.*

Contuli. Georg. Stanley Faber Archaeol. Ael. 1, 1822 p. 107 ss. (inde Newton p. 119, 126 a; Henzen 5863); Hodgson 2, 3 p. 138; Bruce Archaeol. Ael. 1, 1857 p. 231, *catalog.* p. 11, 23, *wall* p. 401, lapid. n. 306 (inde Wright *the Celt* p. 264; I. Becker *Rhein. Mus.* 13, 1859 p. 256; McCaul *Brit. Rom. inscr.* p. 287). Tractavit Buecheler anthol. epigr. Lat. specimen I (Gryphiswaldiae 1870 4.) p. 6 n. X, qui neque orationem perite ac perspicue compositam nec versus satis emendatos esse adnotat atque carmen hominis plebeii propter religionum mixturam superstitionis non credit factum esse ante Antoninos. Immo recentius etiam est secundum litteraturam atque tribuendum Severi fere eiusve filiorum tempori.

Lectio certa est. Ad Virginem Leonis signo propinquam et cum Cerere, Atargati, aliis numinibus confusam Buechelerus comparari iubet scholia Germanici p. 65 Breis.; plura de eadem religione collegit Hodgson. 3 QVIS Henzenus in CVIVS mutare voluit, sine causa. 5 IVRA ET PENSITANS Henzenus errore puto typhothetarum, unde superflua est Buecheleri (*Jahrb. für Philol.* 77, 1858 p. 65) mutatio in EXPENSITANS, quam ipse postea reprobavit. Quod idem ERGO v. 4 mutare voluerat in VIRGO, id scriptura tituli perspicua vetat. Nuper ipse perspexit ergo illud collectivum esse, interpositum ad revocandum orationis cursum. 5 Iovem lance vitam pensantem ex Homero et Vergilio (Aen. 12, 725) notum comparat Buechelerus. 9. 10 *Tribunus militans in praefecto dono principis* propter metrum positum est pro tribuno cohortis (fortasse I Hamiorum), qui beneficio imperatoris honorem tribunatus obtinuit, cum praerant cohorti illi, quam praefecti regere solebant; cf. quae de tribunorum et praefectorum dignitate observavimus Henzenus *Bonner Jahrb.* 13, 1848 p. 50 ss. et in annalibus instituti archaeol. 30, 1858 p. 17 ss.; C. L. Grotefend in *Philologo* 12, 1857 p. 488, *Bonner Jahrb.* 32, 1862 p. 17 ss.; ego *Bullett. dell' Inst.* 1862 p. 221 ss. Cum *militandi in praefecto* structura Buechelerus comparat in *equite spectare* et similes poetarum locutiones a Lachmanno ad Propertium p. 59 enotatas.

**762** *Carvoran*. Servatur Eburaci in museo, dono Edwini Smith; arula parva.

DEO · VETE  
RI · NEC  
ALA · MIL  
V · S · L · M

Contuli. Wellbeloved *assoc. journ.* 3, 1848 p. 124; I. Kenrick *catalog. of the museum at York* p. 35, 27; Bruce in schedis, lapid. n. 319.

1. 2 VETERINEO Kenr. 3 De *ala mil(iaria)* cogitavit Kenrick, vix recte. Post v. 4 Wellbel. addit vestigia quinti; quae fortuita sunt.

Patet verba eadem esse atque in arula praecedente, quanquam lapides diversi sunt. Cf. etiam quae sequitur.

**763** *Carvoran*. Anicula, quae casulam proximam incoluit, aram votivam antiquam nobis ostendit sic... conceptam CAMD. (inter ruinas apud Caervorran GRUT.).

DEO  
VITI  
RINE ..  
..LIMEO  
5 ROV  
P · L · M

Camden ed. V (1600) p. 718 (Grut. 89, 8 a Camdeno; inde etiam reliqui Horsley p. 231; Goughs Camden 3 p. 503; Orell. 2069; Hodgson 2, 3 p. 136; Bruce lapid. n. 318).

Cf. arae duae praecedentes.

**760** Prope *Thirlwall castle*, rep. a. 1757 dataque societati antiquariorum Londiniensi by Hon. Mr. Baron Legge. Unde servatur in *Somerset-house*; est arula alta ped. 1 dig. 2, lata dig. 9; litterae sunt lectu difficiles.

DEO · SANCT  
V E T E R I ·  
IVL · PASTOR  
IMAG · COH II  
5 DELMAT V S L M

Contuli in loco obscuro neque in lectione mihi satisfeci. Ectypum misit A. W. Franks. A. Way *catalogue of the collections of the soc. of antiq.* p. 9; Bruce *wall* p. 68, lapid. n. 316.

1 DEO SANC, 4 IMMC-CH II, 5 OBVMVIM Way; ~~DELMATVCLM~~ in ectypo videor mihi distinguere. Unde de Brucii lectione iam non dubito.

Cohortem I Delmatarum habuimus supra Uxeloduni (cap. XXXIII); secundam in Britannia fuisse notitia (v. praefatio huius capituli) tantum et hoc titulo testibus scimus.

*Deo sanct(o) Veteri Iul(ius) Pastor imag(inifer) coh(ortis) II Delmat(arum) v(otum) s(olvit) l(ibens) m(erito)*

**761** *Carvoran*; servatur in Newcastle in museo. Arula alta dig. 11, lata dig. 7. Ego in museo casu describere omisi.

DEO VE  
TIRINE  
CAIAM  
ES · V · S · L

Hodgson 2, 3 p. 140; Bruce Archaeol. Ael. 1, 1857 p. 249, *catalog.* p. 29, 96, lapid. n. 320.

Hodgson praeter deum Veterinum, quem voluit, nihil explicuit; Bruce proposuit *deo veteri Nepos Calames v. s. l.*

Nomen dei veteris et formula in fine certa, nomen dedicantis incertum. Vide sequentem.

**764** *Carvoran*. *When I was last there, I purchased... a small altar lately found, with a very plain inscription upon it* HORSL. In *Netherby*, in the collection of Sir James Graham HUTCH.

DEO  
VITIRI  
M EN I  
D A D A  
5 V S L M

Horsley p. 230 *Northumb.* n. 67 (inde Warburton vallum p. 76, 67; Goughs Camden 3 p. 503 tab. 28 fig. 10; Hodgson 2, 3 p. 140; C. L. Grotefend *Bonner Jahrb.* 18, 1852 p. 243; Bruce lapid. n. 315); Hutchinson *Cumberl.* 1 p. 533 tab. 3 fig. 44.

**765** *Carvoran*, built into the garden wall of the farm house. Litteris evanidis et musco tectis. Ara non magna.

DEO VITERI  
ALVS ET  
AVRIDES  
V · S · L · M

Bruce *wall* p. 257, lapid. n. 314.

Nomen vel nomina dedicantis dedicantiumve incerta sunt.